


*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list of titles or a manuscript index. The text is too light to transcribe accurately.]*





1657.

1. Bosius, Jo. Andreas: De pontificatu maximo Imperatorum Romanorum.
2. Richter, Christophorus Philippus: De dotatitio.
3. Schroeterus, Emeritus Fridericus: De juribus emphyteuticis, soli et superficiem alienatione.
4. Schroeterus, Emeritus Fridericus: De hereditibus.
5. Schubartus, Andreas Christophorus: De republica ejusque divisionibus.
6. Schubartus, Andreas Christophorus: De societate pariter et dominica.
7. Schubartus, Andreas Christophorus: De societate conjugali.
8. Stauchius, Johannes: De Publiciana in rem actione.
9. Stauchius, Johannes: De defensione necessaria.

1656.

10. Struvs, Georgius Adamus: De feudorum origine,  
jursque feudalis compositione et authoritate

11. Struve, Georg Adamus: De probationibus.

12<sup>a</sup>, 6<sup>c</sup>. Struve, Georg Adamus: De jure sylvarum 3 Bunde  
= 1656, 1735: 1744.

13. Wexius, Johannes Christophorus: De jure occupatio-  
num.



16

11.

12<sup>a</sup>

13



1656, 12<sup>a</sup> 12

Q. D. B. V.  
DE

# JURE SYLVA-

## RUM ET ARBORUM

### Exercitatio Juridica

*Quam*

auctoritate atq; consensu

Magnifici & Nobilissimi Amplissimi Jctorum

Ordinis in Inclyta Salana

PRÆSIDE

VIRO

*Magnifico, Nobilissimo atq; Consultissimo*

DN. GEORG-ADAMO

GRUBEN/Jcto Celeberrimo, A-

cademiæ h. t. PRO-RECTORE, Prof. Publ. fami-

geratissimo Consiliario Saxonico gravissimo, Curia

provincialis & Scabinatus Assessore

dignissimo,

*Dn. Patrono ac Præceptore suo debito honoris ac ob-*

*servantia cultu atatem prosequendo,*

publicæ disquisitioni subjicit

DAVID SCHÜTTE

Pyricens. Pom: Autor.

*In Auditorio Jctorum horis consuetis*

Ad diem Maij.

JENÆ, TYPIS GEORGII SENGENVALDI,

Anno M. DC. LVI.

22.



179

26

VIRIS

*Amplissimis, Consultissimis & Doctissimis  
Reipubl. Patriæ.*

DNN. CONSULIBUS

RAPHAELI Schütten.  
CHRISTIANO NECCERO.  
ZACHARIÆ Steinen.

DNN. CAMERARIIS

GEORGIO Schwerihnen.  
JOHANNI Kistmacher.

DNN. SENATORIBUS

MICHAELI FRIDERICI.  
JOHANNI Kriegen.  
JACOBO Gehfelden.

Dnn. Patronis, Fautoribus atque Promotoribus  
suis respective Parenti & affinibus obser-  
vantissimis

*Hoc exercitium Academicum in gratitudinis & obser-  
vantia debita documentum submissè  
offert & dedicat.*

AUTOR



**Q**Vanta sylvis defendendis cura; quanta colendis industria semper sit habita, omnium ferme gentium demonstrant exempla. Romanorum, Gallorum, Germanorum non minima extant documenta, quorum alii consulibus, alii aut peculiari magistratui, aut certis idoneisq; demandarunt personis. Illud scilicet unanimi quasi consensu magni æstimandum contestantes, cujus utilitas magna. Nequẽ ullam puto inveniri Remp. ullam civitatem, quæ sylvarum non afficiatur necessitudine. Ædificiorum, navigiorum similiumque usus, humano generi commodissimus, ne dicam de publico civitatis aspectu, quem ruentibus paulatim vetustate ædificiorum structuris, sartum tectumque tot leges jur. civil. volunt, sine sylvarum subsidio conservari, qui posset? Ad coquendum, braxandum, calefaciendum aliasq; innumerabiles utilitates, taceo: Politicorum modo illud adscribo, quo omnibus in rebus vitam humanam ita adjuvare affirmant, ut post segetes maxime sint exoptandæ; nec ullo modo vastandæ. Idem affirmat Bodinus lib. 6. de Rep: c. 2. inquit: *Majores nostri urgente bello si pecunia arario defuisset, regia nemora cadere solebant, in quibus grandium & excelsarum arborum innumerabiles multitudo ad omnes opportunitates concresebat: at bellis civilibus, quibus omnia subverti ceperunt, omnia fere nemora accisa aut certè ita circumcisa sunt, ut nihil ferè præter sylvas caducas restare videatur. Ex quo quidem Resp. incredibile damnum accepit, majus etiam latura deinceps, nisi ma-*

re prospiciatur. Tam enim grandium arborum tanta est inopia, ut ad navium & aedificiorum fabricam ex peregrinis regionibus trabes conquirenda sint. Et cum arbores frugiferae ante cadantur, quam fructum pecoribus utilem proferre possint, rei annonariae inopia sequatur necesse esse. Hinc quosdam, quorum terra non adeo fertilis lignorum, in conservationem grandium arborum, satione, alioque utili remedio combustibilium indigentiam ut resartiant, magnopere laborare videmus. Ita in Mechelburgensi Ducatu abietes aliquot locis felici sattu proveniunt. In Montibus Genuensium Costanearum; in Palatinatu & alibi nucum, vinearum offenduntur sylvæ. Laudabilis totique universitati proficius in quibusdam locis Ducatus Wirtembergensis mos introductus, quo quilibet post receptionem in subditum, arborem fructiferam in loco quodam communi plantare tenetur. Nec aliam puto causam, quod hortorum, pomorum, pirorum aliarumque arborum tam frugiferarum quam sterilium, omnium passim civitatum pomeriis, suburbiis, campis apertis, magno saepe numero crescentium, cura tam summopere agatur, nim: ut tam necessitati quam amoenitati prospiciatur. Quæ omnia, quantum sylvarum curam commendent, uti neminem latet, ita pluribus supersedeo. Lectorem modo summopere rogo, ut pro sua humanitate & insigni erga literas favore de sylvis & arboribus aliquot theses non nisi exercitii gratia proponentem, solita benevolentia complecti non dedignetur, votisque ob materiae dignitatem difficultatemque ex asse non satisfaciendi, ignoscat, quod dum confido, In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI rem ipsam aggredimur.

THESIS

THES. I.



Sylvam quasi solivam dici quidam existimant; quidam à silendo deductam malunt, quod in sylvis altum semper sit silentium; alii quasi xilivam appellatam volunt, quod ibi ligna cædantur. Rectior origo est ab ὕλη, quod materiam rudem & informem significat, unde etiam per y scribunt, quod tamen non probatur Martin. in *Lexic. Philolog.* dicens, quod licet græca ortu, mera tamen Latina dictio sit. Vid. *Lexicog. hæc. voc.* Becman: *de orig. Lat. ling.*

II. Sylva in genere significat Locum, in quo est copia arborū variarum ibi sponte nascentium: hinc porro etiam aliquando denotat fundum, quo arbores plantatæ sive consitæ habentur: item viridarium: uti videtur sumi ab Alfeno in *l. si quando 17. si servit. vindic.* quod ex Virgilio & Cicerone confirmat Cujacius *l. 10. c. 15.*

III. Indifferenter Lucus, Nemus, Saltus &c. usurpantur: verum id tamen discriminis habent: quod sylva plerumque sumatur pro loco, ubi arbores cæduæ habentur, sive pro querceto sive grandiore sylva. Knichen. *de vest. paët. part. 2. c. 2.* vel ubi arbores ut frequentiores ita altiores crescunt ad ædificia aliosque usus aptiores, quæq; tanquam genus comprehendat species reliquas omnes. Mindan. *lib. 2. de mandat. c. 40.* Oeting. *de finib. c. 10 lit. f.* quagenerali significatione vocatur quoque forestum vel foresta, vocabulo à Gallis mutuato. Mindan. *d. l. Noë Meurer von Jagt und Forst Recht part 2. tit. woher forstliche Obrigkeit/ etc. den Nahmen habe.* Unde Förster/Forstmeister/qui curam sylvarum habent, & Forstgerechtigkeit sive jus foresti omnia jura in sylva competentia v. c. jus prohibendi, mulctandi, pignorandi, jus glandiū legendarum

darum &c. complectens. Arumæus *jur. publ. vol. 4. disc. 37.*  
Knich: *de vest. pact. c. 7. n. 35.*

IV. Lucus verò est densa sylva Diis consecrata, ac propterea incidua dicta per *ἀντιπέγρα* quod minime: secundum Becmannum autem *de orig. lat. ling.* quod frequentia sacrificiorum luceat. *Ein Hayn.* Nemus, Locus arboribus pressioribus, amœnis & opacis, viridique umbra jucundis, consitus; dictus *ἀπό τῆς λέως* pasco, germ. *Ein Lustwald.* Saltus, Locus planè sylvestris, parum amœnus, à saliendo dictus, quod fera bestia vel forte rectius arbusta ibi saliant i. e. germinent *arg. l. 2. pr. C. de noxal. act.* qualia plerumque in montibus habentur. Unde Saltus Pyrenæus. Sueton. *in Jul. Caf.* Saltus Graius. Liv. *lib. 36.* german. *Ein Forst.* Unde & Saltuarius dicitur. Apud *Jctos* saltus significant, latifundia, prædia, sive spatium agri, 800. jugera, h. e. quatuor centurias sive pedes novem millia sexcentos continens, in quo splendida olim habebant ædificia, quæ ob amœnitatem, æstate, hyemeque incolebant, quandoq; æstate tantum, quæ licet hyeme corpore relinquebantur, animo tamen possidebant, de quibus intelligit *l. 3. §. saltus ff. de acquir. poss. l. 44. §. ult. cum seq. eod. l. 1. §. quod vulgò ff. de vi. armat. item Tit. C. de fund. rei privat. & salt. & C. de fund. & salt. rei dom. l. 1. & ult. de fund. patrim. & salt.* quæ de fundis patrimonii Principis loquuntur, quorum reditus ad usum & impensas in ejus domum faciendas, destinabantur: qua acceptione non sumitur pro nemore, cum certum sit nemora non incolari, nec magis unoquam alio tempore inhabitari, nec Principem nemora tenuisse, verisimile est. Vid. Pancirol. *Thesaur. variar. lect. utriusque jur. lib. 2. c. 191. & lib. 1.* His accedit Vivarium german. *Ein Thiergart.* Locus pro feris circumseptus; unde & roborariū, quod robustis seu roboreis tabulis sive palis, cinga-

cingatur, dictus. Sylvestris quidem & campestris, sed tamen non usq; adeò amplius, ad id videlicet constitutus, ut vel ad voluptatem l. ad usus necessarios, cervi, damæ, &c. istic vivant & asserventur: ubi verò locus amplior, integram fortè sylvam sive bonam ejus partem comprehendens, vocatur bannum sylvestre, Ein Hege / ein Wildban gehogter Wald oder Forst / bannum venatorium: Ubi notandum quoque, quod vocab. germ. Wildban sub genere foeminino eine Wildbahne / generaliter significet sylvam vel locum, ubi frequenter feræ vivunt, degunt, eunt, redeuntq;, sive septa sit sive minus: bana enim nobis idem est, quod via trita & plana: Sub genere verò masculino ein Wildbann / denotat bannum venatorium. Mindan. d. l. n. 4. Viridariū locus virentibus herbis, graminibus, arbutis, confitus, qualia & super ædes in locis, ubi hortorum non est copia in doleis fistilibus aut plumbeis, quibus terra est aggesta, habentur. l. dolia 26. in pr. ff. de fund. instrum. ubi minus rectè viridaria quis appellaverit locum quidem altum habentem fenestras prospiciendi, nullis tamen arbutis aut viridibus, confitum. Zoel. ad ff. de servit. urb. præd. n. 15. Arbustum locus paucis iisdemque haut adeò magnis arboribus confitus: aut quo certo ordine arbores vitium causa plantantur, quæ sunt populus, ulmus, attinia. cornus. Spigel. Lexic. jurid. hac voc. quid sit virgultum, Dumetum, spinetum, lignetum præterire liquet.

V. Hæ supra dictæ species dicuntur partes sylvæ minores: major autem vocatur sylva, & describitur, quod sit pars terræ plerumque montosæ arboribus sponte nascentibus referta, uti apud Geograph. videre est.

VI. Distinguitur sylva in Cæduam, inciduam & pascuam, à fine & usu, ad quem sunt destinatæ, sic dictæ.  
Cædua

Cædua est, quæ in hoc habetur, ut cædatur, & succisa, ex stirpibus radicibusq; repullulet ac renascatur: uti ex duobus Tebatii & Sulpitii *in l. 30. de V. S.* definitionibus conjunctis demum perfecta resultat. Vid. Gæddeus *in comment. de V. S. l. 30.* Cum enim primariò in hoc habeatur, ut tantum ex incisione fructum habeamus, incisionem & repullulationē copulative necessario hic requiri affirmat Buius *comm. ad ff. l. 10. l. 11. de usufr.* Johan. de Castell. *tract. de Usufr. c. 25. n. 42.* ut sunt sylvæ palares, arundineti, arbores cæduæ, Salix, arundo, ornus, fraxinus, Laurus, betula, alnus, Sambucus, populus, esculus, quercus, multæque id genus species. quod tamen ita intelligendum, si in eum usum haberentur, ut cæderentur sive materiæ sive lignorum causa, alioquin si in eum usum habitæ non sint, ex eo quod repullulant, pro cæduis non erunt. Plantanum enim, ulmum, fagum, fraxinum, ilicem, si animi causa educaverim: item si sylvam antiquam eandemque glandariam habeam, quam numquã cædere solitus sum, sed bubulcis locare, inciduæ reputantur: adeò ut destinatio usus consuetudoque tum loci, tum patrisfam. in hoc maximè sit attendendus, præsertim ubi permixtim crescunt, ut tunc necessario delectus arborum sit habendus, non autem magnitudo aut parvitas, nec infructuositas, quæ per se tales non constituunt. Sic in sylva cædua arbores glandiferæ *l. cum sata manu s. sylva ff. de contr. empt. vendit.* & cæduæ, in glandaria haberi possunt *l. 9. cū seqq. de usufr.* Goedd. *d. l. Alciatus comm. in ff. ad l. 30. d. V. S. Mindan. de mand. lib. 2. c. 40.* Knichen: *de vest. pact. p. 2. c. 1. n. 20.* ubi de pineto an sylva cædua sit addubitatum. Ille dicit, quod pini non renascantur ideoque textum *l. 9. s. fin. ff. de usufr.* non procedere, sed tamen si cæioni destinatæ sunt, cæduas esse, fructuarioq; cedere,



VII. Non cædua aut incidua est, ut ex contrario-  
rum, quorū eadē est ratio *l. 83. §. 3. ff. d. V. S. pr. Inst. de his qui  
sui vel alien. funct. pr. Inst. de Tutel. doctrina*, elucescit, quæ  
non in hoc habetur, ut cædatur, sed ad alios elegantes usus  
Joh. del Castell. *d. tr. c. 25. n. 42.* quales sunt, quæ vel amœni-  
tatis causa aluntur, vel quæ passioni pecorum destinatae  
sunt: vocaturque glandaria seu antiqva, quod plerumque  
ex fructiferis, grandibusque constet arboribus; quanquam  
etiam ex tenellis sylva incidua constitui possit, constituta-  
que inveniatur Mindan. *d. c. 40.* Busius *loc. cit. n. 6.* Cæpoll.  
*de S. V. R. c. 22.* Germ. vocatur ein Håg oder Bau Holz. Fru-  
ctiferæ autem arbores sunt, ex quibus fructus, nempe poma,  
glandes & similes capiuntur, ex quibus autem frugem, h. e.  
vinum, oleum, pedamenta, cremium, aliaque ligna ceden-  
do colligimus, frugiferas vocamus, uti passim ita distin-  
guuntur *l. 13. §. si cuius §. fructuarius ff. de usufr. l. competit 16.  
§. 1 ff. quod vi aut clam. l. fructus 7. §. si fundū ff. solut. matrim.  
l. si ex lapidicinis ff. de jur. dot.* Hinc fit, ut quamvis salices &  
similes arbores steriles, fructiferæ seu pomiferæ non sint,  
non tamen continuo in frugiferae æstimandæ, nisi etiam  
cædi nequeant, neque soleant, aut cæsa non repullulent  
*l. 77. de V. S. ibi Gædd. n. 7.* Grandes arbores dicuntur, quæ in  
sylva relinquuntur, nec unà cum cæteris amputantur, ut,  
quæ decacuminationem non ferunt, ut picea, pinus, abies,  
palma, cedrus. Cupressum quidam solum inciduam pu-  
tant, quod sola non repullulet. Vel grandem intelligimus,  
quam Græci *αἰολογοτάται* vocant, videlicet prægrandi-  
bus ramis ordinatis, paribusque numero, quales fraxinus,  
sorbus, picea &c. Alciat. *Com. ad ff. l. 30. de V. S.*

VIII. Distinguitur quoque in Religiosam &  
non religiosam. Non Religiosa aut voluptatis causa  
comparata est, & dicitur Nemus: aut utilitatis, cujus re-

B

spectu

specu, aut exdua est aut pascua. Religiosa vel Numini quodam, vel hominis alicujus cineribus consecrata, nuncupatur Lucus. Wegnerus *comm. ad tit. de V. S. l. 30.* Similiter & olim arbores venerari consueverunt, quod idololatriæ genus prohibuere Carolus & Ludovicus Imperatores in Capitulis ab Ansegiso collectis *lib. 1. Tit. 64. & L. VII. Tit. 236. Add. Frideric. Lindenbrog. glossar. verb. arboribus. & verb. ad arborem, quam rustici sanguinum vocant, adorare.*

IX. His præmissis, ad ipsum jus sylvarum properamus, consistens in commoditate & usu (1.) arborum & ligni (2.) venationis (3.) pastionis. Nos in præsentiarum solum de jure sylvarum agemus, quatenus utimur arboribus. Harum autem usus, quatenus pro varietate arborum & ligni varius sit, generaliter tamen, ut aut ad ædificandum aut ad victum sit, distinguitur. Sylvarum passim constitutionibus, pariter & quibusdam investituris, in quibus Vasallo distinctim aliquando *frey Bau und Brenholz zu seines Hauses und Hoffes Nothdurfft* conferuntur, testantibus.

X. Ad ædificandum aptas quod attinet arbores, illarum incisio subditis non nisi Magistratus, aut ad hoc constitutorum præfectorum autoritate, permittitur, adeo ut ab his probata, quæ aliquas arbores desiderant, necessitate, pro ratione ædificii extruendi; pro conditione sylvarum, in locis videlicet, quæ arborum frequentia abundant, assignatas accipiant. Qui insuper procurant, ne concessæ nisi justo tempore, hoc est, à die Egidii usque ad finem Martii cædantur, cum hoc tempore ligna incisa, ut duriora, ita & à vermium corruptione tutiora habeantur. Excisaque ultra 6 septiman. non relinqvantur in sylvis, ne re-germinationi damnum inferant. Constat quoque, quod in locis, ubi alia ædificandi materia haberi, aut facilius  
com.

comparari potest, hæ arbores plane non, aut rarissimè concedantur, punianturqve, qui concessas alteri vendiderunt, aut corrumpi permiserunt &c. Meur. von Jagt und Forstrecht erster Theil tit. vom Bau-Holz.

XI. Etenim naturali rerum libertate, qua initio generis humani omnia communia indivisaque omnibus veluti cunctis unum patrimonium erant, Justin. lib. 43. Hist. quilibet jure proprio ac merito naturali ad usus proprios, quicquid communis natura ad vitam sustentandam produceret, occuparet. Hæc inquam libertate, pro rerum naturalium ratione, pro causis civilium varietate, pro circumstantiarum exigentia, ac demum pro societatis humanæ necessitate ac utilitatis publicæ, privatæque conditione, restricta, & sylvarum varia à variis gentibus restrictio capit, quippe cum publicè intersit, ne vastentur, ut materia ad ædificia, navigia, aliosq; usus tam publicos quam privatos necessaria conservetur, Principes earum curam susceperunt, sibiqve jure territorii appropriatis, postmodum aliis vendiderunt, donarunt, alioqve modo concesserunt, unde jura, servitutesqve paulatim orræ, nunctandem inter regalia numerarunt. Quorum vi solus Princeps, aut quibus concessæ, ex cæsura, glande, mulctisqve provenientes proventus sumunt, nulli contra privato integrum est, horum quicquã sibi, nisi ex eorum concessione, tribuere, saluariorum observante officio, ne in hoc impingentes, poenam ferant, etiam qui jus lignandi vel à principe concessum seu consuetudine acquisitum habent, si immodice inconcessoque modo utantur sylva. Tholos. Syntag. jur. univers. lib. 3. c. 6, Mind. lib. 2. de mandat. c. 29. n. 1. & cap. 41. n. 2. Oetting de finib. c. 10. Noe Meurer von Jagt und Forstrecht erster Theil & part. 2. tit. von welchen Rechten das Weidwerck oder jus foresti seinen Ursprung genommen &c. recte

sic quoque sentire videtur Dicastillo *tr. de J. & F. lib. 2 d. 9. dub. 13. Posse inquit remp. vel Principem, in quem Resp. suam autoritatem transtulit, juste prohibere etiam suis civibus saltem secundum certum modum & mensuram, ne tali loco seu tali tempore talem excindant stipitem, seu nem majorem lignorum molem auferant, quia id potest esse maxime expediens bono publico.*

XII. Eadem ferme ratio est lignorum ad victum, vocabulo victus sumpto, non ut significat omnia, quæ homini ad vitam necessaria; uti in *l. 43. l. 44. l. 45. & l. 234. §. fin. de V. S.* sed quatenus tantum ligna ad focum, verbi gratia, ad coquendum, calefaciendum, &c. denotat. Quæ significatione proprie lignum à legendo, quod ea caduca legebantur in agro ad comburendum, dicitur, separationemque sumit à materia, quæ arbores ad ædificandum, fulciendumque intelliguntur. *l. 55. de leg. 3. l. 107. de V. S. l. 12. de usufr.* Hæc inquam ligna, quanquam ob uberiores eorum ubique ferme copiam, vilissimæ videantur, ne tamen & horum usu Respubl. nimio abusu tandem destituantur, certis tantum temporibus assignari, incidique pro regionis consuetudine, sylvarum conditione, atque magistratus ordinatione, consueverunt. Etliche haltens also/ daß zweymahl im Jahr / als ungefahrlich umb Martini/ und dann umb Liechtmess / wie es jedes Orts die Gelegenheit geben kan/ das Brenholz ausgetheilet und verwiesen / dasselbig auch also / dem nechsten darnach gefellet und ausgehauen werd/ damit es endlich vor Mittfasten / oder auff's längst vor Ostern/ zusammen gerümet / und also die Schläge besteecket und gehäget/ und sich dieselben wider besahmen oder ausschlagen mögen. Daß auch dasselbe Scheidt- und Brenholz/ eigendlich zwischen obberührter Zeit/ und den nechst darauff folgenden Pfingsten/ oder auff's längst Johannis Baptistæ, vordem

den Schlägen abgeföhret werde/ und sol sonderlich das Reiß  
Holz anders nicht/ den im Fröling/ und endlich für Aufgang  
des Merkens/ dieweil es noch im Saft ist/ und iedesmahl im  
zunehmendē Monſchein gehauen werde/ damit die Strümpf  
oder Stäck alsobald wieder ausschlagen mögen. Meurer *d.*  
*part. 1. von Brenholz.*

XIII. Ceterum ligni appellatione, quatenus à ma-  
teria differt, continentur spinæ, stipulæ, vipres, sarmenta,  
superamenta, arbuscula emortua, cremia, cremialia, à cre-  
mādo, & gremia, quod gremio colligantur, dicta, cremales  
arbores, Germanis *Abholz/ Brenholz/ abgestädene Storrē/*  
in quibusdā locis etiā, terra fossilis *Torf/* imo in quibusdā  
finibus bubulus hoc nomine venit, de quo videatur *Goedd.*  
*de V. S. ad l. 107. n. 10. Oetting. de finib. c. 10. Mindan. d. l. ubi*  
*gremiorum in legibus lectionem ut minus rectam, rejicit.*  
Et lignum, inquit *Ulpian. l. 55. de leg. 3. est, quicquid combu-*  
*rendi causa, comparatum & à solo divulsum est, alioq; spe-*  
*ciali nomine non appellatum, nisi vel testatoris voluntas,*  
*vel regionis natura, consuetudoque aliud suadeat l. 107. de*  
*V. S.* Hinc lignis legatis, carbones, virgæ balani, nuclei o-  
livarum, sulphurata &c. hoc legato non veniant, quan-  
quam ut lignosa comburantur, ideoque ut comburendo  
consumantur, habeantur, cum aliud speciale nomen, in-  
deq; alium usum habeant. *d. l. 55. & l. 107. de V. S. Goedd. all. l.*  
*Pali & perticæ, si species pedamentorum, vineæque instru-*  
*menta sunt, non lignorum, sed materiæ appellatione ve-*  
*niunt l. 108. de V. S. nisi propter vetustatem, in vineæ usum*  
*amplius esse nequeant. Alciat. ad d. l. 108. quod extenden-*  
*dum ad quascunq; materias, ut, cum propter vetustatem,*  
*ædificandi aut fulciendi usum amiserint, nec nisi combu-*  
*rendo factæ idoneæ, etiam nomen materiæ cum re per-*  
*dant, & lignorum loco censeantur. Wegner. de V. S. ad l.*  
*107. & seqq.*

XIV. Rerum, ut supra dictum, facta distinctione, quilibet rei suæ moderator est factus, est enim proprietatis præcipuus effectus, ut de re, quæ vel ex venditione, vel alio gentium aut civili jure nobis accesserit, arbitrato nostro disponere possimus *l. 21. c. mandat. l. 20. ff. de pact. dot.* ut etiam ab uti possimus *l. 55. ff. de condit. & demonstr.* inque rei propriæ administratione, culpa non exigatur *l. 25. §. 8. ff. de heret. pet. l. 18. §. 1. ff. solat. matr.* tamen in plerisque hujusmodi speciebus, libera disponendi facultas coangustata est. *§. 1. Inst. quib. ali. lic.* præcipue in sylvis, quas nonnunquam dominus cædere prohibetur, nisi boni patrisfam. more, moderato & rationabili modo. Siquidem plerisque in sylvis jus aliquod Princeps habet: Et cum omnium proventuum, fructuum & emolumentorum, quæ ex sylvis percipiuntur, partem ferat, si sylvæ devastentur, eo jure defraudaretur Resp. cui idcirco maxime interest, ne quis re sua male utatur. *§. fin. Inst. de His quib. ali. lic.* Posteritati que insuper relinquendum, quod in vitæ necessitatem habeant. Meurer von Jagt und Forstrecht p. 1. tit. wie die Untertanen ihrer eignen Wäldern gebrauchen sollen/ Oeting. de finib. c. 10.

XV. Prædicta sylvarum restrictio, magis vera (i.) in eo, qui suspectus est de dilapidatione & vastatione, ut puta: Si quis sylvam litigiosam una forte vice excindere lignaque vendere vellet, tunc enim fructus, & res ipsæ, non modo in secunda, verum etiam in prima instantia, sequestrari possunt. *l. 22. §. fin. antem ff. solut. matr. quem.* Si ergo in casu devastationis sequestratio permessa est tanquam majus, ergo & inhibito tanquam minus. Prout mandata sine clausula inhibitoria, in camera interesse habentibus data, aliaque tam Parliamentorum, quam Rotæ extare præjudicia, refert Mindan. lib. 2. de Mandat. c. 39. n. 3. etiamsi regulariter in sua  
pos-

possessione, ante sententiam & rem judicatam, non debet at quis turbari. *tot tit. C. de prohib. seq. pec. lib. 1. C. execut. rei jud.*

XVI. (2.) in sylva in qua alius jus venandi, superioritatemque forestæ, habet; ut hoc casu nihil in præjudicium principis, seu alterius, in eadem sylva, vel ex privilegio Imperatoris ac concessione regalium, vel ex cōsuetudine præscriptū habentis jus venandi, proprietarius, s. pascendo, s. cædēdo, facere possit, multò minus vastare. *argum. l. pen. §. 2. & fin. de usu & habit. l. 6. l. fin. C. de servit. & aq. l. 2. C. ad L. Aquil.* adeo, ut, si incio eo, cui jus in sylva debetur, vel pro parte vel toto excisa, in quæ aliam formam mutata fuerit, nihilominus ad ejus reparationem teneatur incisor; sin autem reparatio impossibilis, ad damni æstimationem condemnetur, quod dolo fecisse præsumatur. *Mindan. d. lib. 2. c. 39. Meurer all. loc. ubi nec interest, sive jus istud patris, sive præscriptione, quæsitum fuerit. Arumæus Volum. jur. publ. 3. disc. 19. n. 153.* Vastatio autem & immutatio hic intelligitur, quæ magno cum incommodo alterius conjuncta est, alias, sicuti dominus, loca spinosa, aliasque inutilia, quæ aut nullam aut admodum parvam ferunt utilitatem, extirpare, inq. agrum, vineam, mutare potest; maxime si locus abundat sylvis, & alioquin non desint ligna ad comburendum & ædificandum. *Meur. d. l.* ita quoque proprietarius, respectu jus habentis in sylva, arbores cædere & loca aliqua ad culturam reducere, non prohibetur, modo ex ea mutatione ipsi nasceretur magna utilitas, non magnum autem incommodum fieret principi, vel alteri venationem habenti, per regulam vulgatissimam, quæ tibi non nocet & mihi prodest, facere teneris, & modicum damnum in considerationem non venire. *l. 2. C. de precib. Imper. off. Cæpoll. de S. P. R. c. de montibus.* quodque facultas  
pro-

proprietaryorum nimium restringi non debeat, ut penitus  
inserviat alterius voluptati. arg. l. 16. §. dominus ff. de Vs. &  
habit. Meurer von Jagt und Forstrecht. part. 7. pag. 142. Min-  
dan. d. c. 41. Hoc modo vivariū urbi vicinæ aliquo modo  
utile, mutari in agrum posse, ex Mynsing. Resp. 81. affert Go-  
thofr. in not. ad L. 7. C. de servit. & aq. Paslimque in Ger-  
mania superiori vastationem sylvarum practicari, notum  
esse, injicit Meur. im schreiben an einen Fürsten p. 7. pag. 94.  
Das in 10/20. 30. etc. Jahren/minder und mehr/hin und her/  
an vielen Orten grosse Gehölz und Wildnissen ausgereutet  
und fruchtbar gemacht worden/unverhindert/das Zweiffels  
ohn/ andre Herrschafften der endes/ das hagen und Jagen  
gehabt und noch zum Theil haben. & infra in ead. epist. Da-  
her kompts/das auff dem Schwarzwald gebräuchlich ist/das  
mehrtheils Meyer ihren besondern Zirk oder Einfang ha-  
ben/es sey an Acker/Wiesen/Holz oder Feld/welches alles ih-  
nen zugelassen wird/ ihres Gefallens zu nützen/ also das ihre  
Hölzer/so in ihren Lehngelöblich/ausstöcken mögen/wie ihnen  
das fügt/unverhindert der Fürsten/Graffen etc. so der Endes  
die Fürstliche Obrigkeit haben etc. und solches nicht unbillig/  
sondern aus vernünfftigen rechtmässigen Ursachen.

XVII. His accedit, quod particulares arbores, in  
agro vel prædio meo stantes, nisi servitatem debent, si ali-  
qua ratione mihi incommodæ viderentur, pro lubitu suc-  
cidere, non prohibear. quin imo quæ vicini quoque, sive  
dominus, sive fructuarius sim l. 2. §. 4. ff. de Arbor. caed. mihi  
nocentem, etiam fructiferam, verbi gratia, ne agri horti-  
que segetes impediatur, in confinio domus, dum rigatur, parieti  
nocumentum, furtique per fenestram ansam præbeat, cir-  
ca domum stantem radicibus extirpare, circa agrum au-  
tem, tantum ad altitudinem quindecim pedum, circum-  
cidere, mihi licitum sit, lignaque tollere. l. 1. §. 2. & 7. ff. de  
ad



*arbor. cæd.* idque propria autoritate, tam quo ad ramos, quam radices, quamvis regulariter natura in meo factum, iudicis vel interdictorum autoritate removendum veniat. præsertim si admonitus vicinus, correctionem negligat adq; incidendum tibi venienti non resistat, aliàs secus. Johan. Grake *tract. de autorit. propr. Claß. 2. c. 13. n. 7.* Tholosan. *Syntag. jur univers. lib. 20. c. 9.* Cæpoll. *de Servit. urb. præd. c. 8.* Schneide W. *ad § Titius Inst. de R. D. n. 4.* Sed si juxta alterius regionem, quis in suo, intermisso legitimo spatio, domus alteri<sup>9</sup> fundamento ruinæ periculum afferat, quæritur, an contra eum, qui plantaverit, agi possit? affirmat. Cæpoll. *d. S. V. p. c. 81. n. 3.* per *l. 1. C. de interdict.* & ibi Gothof. *in not.*

XIIX. Circa aquæ ductus, rivos, fontesque publicos, per prædium alicujus commeantes, arbores plantare quoque nemo potest, nisi spacio quindecim *l. 1. §. præterea C. de aquæd.* vel secundum *l. 6. eod.* decem pedum intermisso, observante iudicis officio, quo tempore repullularent, excendantur, ne earum radices formam fabricæ corrumpant. *l. 10. l. 5. C. de Aquæd.* Imprimis circa aquæ ductus lapideos, radicitus sine discrimine eruantur, quod his potissimum, quales etiam sint arbores, noceant; circa terrenos autem eatenus, quatenus non nocent, relinquere possunt. Tholosan. *lib. 20. c. 9. n. 5.* Menoch *de Recup. rand. poss. Remed. 7. n. 37.* Cæpoll. *de S. V. P. c. 81. n. 1.*

XIX. Verum respectu juris venandi in aliena sylva diversa à cæteris ratio videtur arborum fructiferarum, cum enim harum conditio potior habeatur quam aliarum, venationemq; habenti, quod earum fructibus feræ vescantur atque alliciantur, majus damnum, si cædantur, afferatur, utique domino, si æque commode, pro necessitate sua, alias accipere potest, fas non erit, has incide-

C

re,

re; accedit, quod interdum subditis, harum incisio, superiorum edicto, interdicitur, earum contra plantatio & cura injungatur; certa que poena in eos statuatur, qui etiam in propriis fundis, negligētes hac in re reperiuntur. Sæp. dict. §. *fin.* *Inst. de His qui sui vel alien.* vid. Sereniss. Ernesti, Ducis Saxonie seu Principis laudatissimi constitutio provincial. part. 2. lit. 27. von Baumplanken. Add. Besold. com. in *Jur. sit. Württemberg. Landsord.* pag. 90. Licet autem quis arbores fructiferas incidere nequeat, tamen non statim inde sequitur, ut etiam fructus ex his arboribus decutere atque colligere non possit. Venatio enim, cum diversam à collectione glandium, constituat jus, non censetur ita concessa, ut etiam comprehendat fructus sylvestres, quod illa etiam in solo sterilissimo, ubi nulla glans, nulli fructus, fieri soleat, feræque etiam sine illis vivere, sustentarique, possint. Non itaque ratione consequentiæ, ut quidam volunt per regulam communem, ut uno concesso & ca videantur concessa, sine quibus tanquam adminiculis, consistere illud non potest. *l. 1. §. 1. ff. si usus fr. pet. l. 3. §. qui habet ff. de Servit. R. P.* pertinent ad venationem habentem, sed ad proprietarium, qui, nisi aliter actum, aliudque consuetudine introductam fuerit, illos maturos, decutere & quovis tempore colligere potest. *Meur. consil. all. pag. 140. Mindan. d. c. 41. n. 2.*

XX. Jus in aliena sylva constitutum, est vel publicum, vel privatum. Res enim humani juris, cum vel publicæ vel privatæ audiant, & jus in illis competens ita esse, extra dubitationem erit §. 4. *Inst. de J. & J.* Publicæ res autem hic intelliguntur, quæ nullius privati in bonis, sed universitatis sunt. *l. 1. in pr. de R. O.* seu civitatis, qualis cum populo collata, non censetur ut totum, quamvis integra sit civitas, sed ut pars totius privatorumque loco habetur. *l. 16. de V. s. rub.*

*S. rub. & l. 1. ff. quod cuiusq. univers. & c.* Harum civita-  
tum bona, quanquam proprie non sint populi-  
ca seu publica. *S. 1. Inst. de publ. iud. l. 15. de V. S.* tamen, cum  
tales universitates etiam res communes habeant, *d. l.*  
*1. §. quibus autem.* etiam illæ res, rectè vocantur  
publicæ. *d. l. 15.* quod eodem fere jure cum publicis  
utantur *l. 9. ff. de usucap. l. 13. §. 1. ff. de publ. & vect. l. 23. C. de*  
*S. S. eccl.* quales sunt prata, pascua, sylvæ, Emphyteusis &c.  
Magnif. Dn. Præses Præcept. & Patronus summe de vene-  
randus, *Exercit. 6. feudal. th. 1. Goedd. comm. ad tit. de V. S.*  
*l. 17. & 16. Wegner. ad dict. leg.*

XXI. In tali itaque sylva ligna incidens, jure pu-  
blico, hoc est, civitatis jure *l. 2. §. 2. ne quid in loc. publ. cædere*  
dicitur, competitque instar aliarum universitatis rerum,  
omnibus civibus, ea tamen moderatione, ne abutatur in  
Reip. detrimentum, aliorumque æmulationem. Hinc ad  
conservandam inter cives concordiam, statutis factis,  
qualia cujusque universitatis magistratus facere potest,  
*tot. tit. de decret. ab ord. fact.* quis secundum quantitatem  
& vires patrimonii, aut, certis sylvæ locis assignatis, pro  
quantitate, modoque concesso, tantum incidere valet.  
*arg. rub. ff. de loc. & itin. publ. item Ne quid in loc. publ. ibi-*  
*dem Hahn ad V. S. n. 5.* Extraneis, quoque si sylva suf-  
ficiens est, concedi potest. Magnif. Dn. Præses *d. exercit. 6.*  
*th. 5.* ipsam autem sine superioris consensu, in posteritatis-  
que præjudicium, æque minus quam res pupillorum, alie-  
nare civitas potest. *Besold, p. 2. c. 25. n. 3*

XXII. Princeps quoque jus venationis in tali sylva  
prætendens, cingendo, vel cædendo, universitatis conditi-  
onẽ, jure non deteriorẽ, multo minus, potestate territoria-  
li, eam, extra summæ necessitatis causam, adimere, mutare  
sibi que appropriare potest. Privato enim suum, nisi ne-

cessitatis casu, ex plenitudine potestatis auferre, cum non possit, Lud Wel. *disp. ad Inst. 1. th. 13.* nec universitati, quod ea infra privati conditionem non censeatur, licebit. Besold. *d. loc. n. 1.* tum quod jurisdictio seu potestas, quam ratione territorii istius habet, non eo usque se extendat, ut etiam dominum rerum privatarum, sibi arrogare possit. Philipp. Matth. *ad l. 11. de R. I. n. 53.* vi tamen dictæ potestatis nemora sterilia & inculta sibi vindicat. Oeting. *de fin. c. 10.* de quibus prudenter æstimabit, an ejusmodi loca, subditis, certis conditionibus excolenda dare, ad augendos redditus, utile sit. Cujus rei egregium exemplum in Comitatu Sar-Werdano extare refert Maximilian. Faustab Aschaffenburg *Consil. pro arar. class. 13. cons. 25.* & ibi ante paucos annos, consilio Nobiliss. viri Johan. Philippi Streussii à Lauenstein aliquot in locis, terram, sylvis obfitam vepribus ita esse excultam, ut Comites Nassovenenses inde multis aureorum millibus suos redditus amplificarint. Plura idem recenset exempla *class. 15. consil. 158.*

XXIII. In sylva duobus, vel pluribus communi, socius altero invito, nihil innovare potest; & sicuti in aliis rebus communibus indivisis, omnia emolumenta ac commoda, communia, inque condominos æqualiter distribuenda sunt: ita quoque hac sylva æqualiter socii uti debent. Æquum enim est, ex natura communis, ut in tali re, utriusque sit par conditio, & quæ una pars facere possit, nec alteri prohibitum sit. *l. Sabinus ff. comm. divid.* idque quam diu communio durat, adeo, ut qui male, & contra opus destinatum, ea utatur, suam portionem amittat prohibentique conditionem meliorem faciat. Cæpoll. *de servit. L. 2. n. 1.* Communione autem dissoluta, quin ut rei propriæ, pro lubitu moderator sit, omni dubio caret. *l. 6. §. 1. comm. præd.* Proinde in quemcunque, invitis etiam iis, qui socii antea  
crant,

erant, transferre potest, nec enim communionis ratione  
quis est devinctus socio magis quam extraneo vendere  
*l. falso l. seq. C. comm. rer. all. l. 14. ff. de Cont. empt. vend.* mo-  
do ne aliud tempore divisionis provisum sit, cui omnino  
standum. *l. 1. ff. de pact. Speidel notabil. voc. gemeine Güter.*

XXIV. Utrum decimæ ex lignis debeantur? quæ-  
ritur. De hac quaestione videatur Dn. Besoldus *p. 2. Conf. 75.*  
*ubi n. 6.* scribit daß der Holzzehend fast nirgends und in wenig  
Orten dieses Herzogthums / auch nechst gelegnen Herschafft-  
ten erfordert oder eingezogen werde / daß also gewißlich unz-  
zählbare Personen zu finden die die Tag ihres Lebens von eis-  
nem Holzzehenden nichts gehöret oder Wissens haben. So  
ist auch / *addit idem d. l. n. 7.* in Teutschland derselbe also unbes-  
kand / daß wo man einen Wald austocket / und daselbst Acker  
machtet / diese Zehenden für Noval, Neubruch und der gestalt  
bewand / gehalten werden / daß dannhero zwischen der  
Obrigkeit und Geistlichen der Zehendherrn manchmahl sehr  
grosse Irrungen seyen / zweiffelich gestritten wird / wie solches  
die alltägliche Erfahrung bezeuget / welches denn gar nicht ges-  
schehe / wenn der Holzzehend so wol als von andern proventi-  
bus de consuetudine Imperii Germanico Romani auch  
gereicht würde. Daß sonsten der solchen Holzzehend empfang-  
auch der Fruchtzehenden unstrittig zu fodern hette. *Quia una  
& eadem res, ratione præsertim decimarum, diverso jure  
censeri non debet. Cæterum si consuetudine cujusdam  
loci introductum esset, ut etiam de lignis decimæ præstari  
deberent, ea servanda esset. Consuetudo etenim introdu-  
cere potest, quicquid statuto vel privilegio conceditur.*  
Speidel. in Notabil. voc. Holzzehend.

XXV. Quæritur (2. aliquis vendidit nemus vel syl-  
vam, cum pacto de retrovendendo, an emptor possit syl-  
vam extirpare? Negatur, quod alias pactum de retroven-

endo non posset servare, etenim pactum, est aut ad certum tempus breve, puta 5. vel 7. & ann. & quidem ut major esset utilitas emptoris, habere ligna, quam fructus fundi, ad culturam reducendi, & majus esset damnum venditoris: aut est pactum in perpetuum; utroque casu sylva extirpari non potest, imò tenetur venditori ad damnum & interesse, si extirpata fuerit: aut emptor nesciebat, nec verisimiliter scire potuit, venditorem habere animum de proximo retrovendendi, & tunc videndum, an venditor extirpare volenti contradixerit, aut non: illo casu, extirpando nihil agit. *arg. l. si fundum. C. de rei vend.* hoc, quæ loci istius sit consuetudo vel statutum, quidve inter contrahentes actum fuerit. *Meur. d. p. 7. p. 118. Cæpoll. d. S. R. P. c. 22. n. 11. Besold. cons. 15. n. 7.*

XXVI. Quæritur: Creditori sylva pignorat, si debitor ex ea navem fecerit, an illa navis vel alia materia facta, pignori erit? Negatur, nisi nominatim cautum fuisset, ut pignori sint, quæcunq; ex sylva facta, natave sint. *l. si convenerit s. si quis caverit ff. d. pign. act.* Quid? si creditor prohibere debitorem vellet, ne ex sylva navem faciat? Disting. aut sylva est cædua, modoq; cõsueto debitor ea utitur: aut non est cædua, & ultra modum consuetum vult cædere. priori casu, per creditorem, prohiberi potest *l. item 9. in fin. ff. de usufr. l. 43 ff. de pig.* posteriori non item. *Cæpoll. de S. R. P. c. 22. n. 7.*

XXVII. Ad modum, jus in sylva constituendi per servitutem, venio; nimirum eum res, naturâ ad hoc comparatæ sint, ut suo tantum domino utilitatem præbeant, unde quoque, quo magis quasi imperio & dominorum juri sese vendicant. *l. utis. in pr. si usufr. pet. eo magis æstimantur liberæ. l. 20. s. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 90. ff. de V. S. Bacch. ad Vvesenb. ff. de usufr. n. 3. Sutholt. dis. 4. tb. 9.* Usu autem

autem & necessitate exigentibus, in societate civili degen-  
tes mutua sibi præstant officia, pro rerum, quarum, qui-  
dam affuebant abundantia, atque prædiorum situ, servi-  
tutes postmodum provenerunt, aut reales, aut personales,  
à persona, aut re, cuius utilitatem principaliter intendi-  
mus, sic dicta. Hahn *ad Vesembec. de usufr. n. 1.* Magnif. Dn.  
Præses *Exercit. feud. 1. th. 2. & exercit. jur. civil. 13. th. 7.*  
Hinc nihil aliud sunt, quam qualitates illæ, seu conditiones  
rerum, quibus res alienæ, vel homini, seu prædio, contra  
naturam suam serviunt, utilitatemque debent. Hoc mo-  
do aliena sylva, in nostram utilitatem concessa, servitutem  
debere dicitur, eamque ut dictum, respectu personæ, per-  
sonalem, respectu prædii realem seu prædialem. Ita, ut  
hinc jus lignandi, si personæ seu familiæ datum est, semper  
personale, si prædio, semper reale dicatur, etiamsi perso-  
næ vel indigentia ejus in constitutione mentio facta sit.  
*l. si quis nec 4. si cent. pet. Mindan. lib. 2. de mandat. c. 41. n. 4.*  
quomodo alias ex servitute, quæ sua natura realis est, cer-  
to respectu personalis fieri potest. Bach. *ad §. 2. Inst. de S. R.*  
*& V. P.* Eodem modo dicenda, vel rustica vel urbana ser-  
vitus, quatenus scilicet in commodum prædii rustici, vel  
urbani, debetur. *l. 5. l. 6. de S. R. P. Cæpoll. de S. R. P. c. 10.* Ma-  
gnif. Dn. Præses *exercit. jur. civ. 13. th. 28.* Zoel. *ad ff. de Servit.*  
*n. 24.* ubi pari modo hortum, ædium commoditati addi-  
ctum, prædiis urbanis adscribit, si vero eorum usus, pluri-  
mum in reditu fuerit, ut quia vinearii, oletarii, magis est,  
ut urbanum non sit *l. 198. de V. S. Bacch. §. 3. Inst. de Servit. R.*  
*& V. præd.* alias jus lignandi seu boscandi, inter prædiales &  
quidem rusticas refertur, Schneid W. *ad Inst. de Servit. rust.*  
*& rob. præd. num. 42.*

XXVIII. Cæterum, constituit servitutem, qui ve-  
rus, & solus est dominus prædii, cui jus imponendum, *l. 21.*

C. man.

*C. mandat.* plures autem si fuerint domini, requiritur consensus omnium, in re enim communi potior est conditio prohibentis, & omnes quod tangit, ab omnibus debet approbari *l. fin C. de aut prest.* Si autem unus consenserit sine aliis, is faciendum prohibere non potest, sed socii. Gothf. *in not. ad Schneidvv. §. ideo autem Inst. de Servit. rust. & urb. præd.* Quid si successive concesserint? prima concessio valebit, perinde ac si omnes eodem tempore consensissent. *l. per fundum ff. de S. R. P. l. ult. ff. com præd.* Gothf. *cit. loc.* Nec in super interest, dominus qui est, an jam sit, an proxime se futurum pereret, *arg. l. 23. §. 1. ff. l. S. V. P. l. 25. §. 10. ff. fam. ercisc.* cum quod proxime fieri debet pro facto habeatur. *arg. l. pen. de test. milit.* Cæpoll. *de S. V. P. c. 14.* uti interdum & is constituere potest, cujus dominium in pendentem est, e.g. si fundus cui imponendus, ab hostibus possideatur *l. 98. l. 104. §. 2. de leg. 1. vel,* si fundus sub conditione sit legatus, quo casu, hæres, quamdiu conditio non existit, illum servitute aliqua onerare potest. Cæpoll. *d. l.* Secus est in isto fundo, in quo etiam alius, aut servitute realem. *l. 14. ff. de S. R. P.* aut utile dominium, aut usumfructum habet. *l. sed si quid 15. §. fin. c. leg. seq. ff. de usufr.* horum enim conditionem dominus deteriorem facere non potest.

XXIX. Vasallus, Emphiteuta, sylvis ipsis in feudum concessis, servitute quidem constituere possunt, sed tantum in præjudicium sui ipsorum, non autem dominorum, hinc reverso feudo, & emphiteusi, extinguitur quoque servitus. de Vasallo est. *§. quid ergo de invest. in re alien. fact. in usib. feud.* de Emphiteuta est. *arg. d. §. & l. 15. cui 11. §. fin. ff. quem adferas. amitt.* resolutio enim jure datoris, resolvitur quoque jus acceptoris. *l. 31. de pignor.* Magnif. Dn. Frantz. *ad ff. de servit. n. 11.* Maritus quanquam dominus prædii dotalis sit, *l. in rebus C. de jur. dat. l. doce ancillam C. de rei vend.*



*vind. servitutum tamen imponere non potest. l. 5. 6. ff. de fund. dot. rei enim dotalis alienatio, cum ei interdicta sit pr. Inst. quib. alien. lic. servitutis impositio, quæ alienationis nomine venit l. fin. C. de reb. al. & non alienand. haud ei permittitur. Goth. ad l. 5. ff. de fund. dot. Cæpoll. de S. V. P. c. 14. ubi distinguit inter fundum inæstimatum & æstimatum tali æstimatione, qua emptionem faceret, & in illo posse, in hoc non item. Nec usufructuarius imponit servitutum l. 15. §. fin. de usufr. quod ita conditionem proprietarii deteriorem faceret, Zœs. ad ff. de servit. n. 11. Schneid W. ad §. i. deo autem Inst. de S. V. & R. P.*

XXX. Acquirunt autem servitutum, non solum dominus, omnesque illi, qui possunt imponere, sed etiam qui non possunt imponere, ut maritus, proprietarius tantum, alio habente usufr. l. si cui 13. §. 4. de usufr. l. fin. de usu & habit. regulariter enim quis potest alieni fundi conditionem meliorem facere, non deteriorem. Cæpoll. de S. V. P. c. 15. modo, qui acquirere volunt, prædium habeant. Sine prædiis enim, tam quoad constituentem, quam acquirentem, servitus nulla est. §. 4. Inst. de serv. R. & V. præd. l. 1. §. 1. com. præd. uti nec sine utilitate, respectu prædii dominantis. l. 15. pr. §. 1. de servit. l. 16. com. præd. quæ tamen ut in præfenti adsit, non statim necesse est, sed sufficit, aliquando sit accessura. l. 29. de servit. arg. l. 55. de usufr. Vicinitas quoque quanquam hic necessaria, non tamen ex prædiorum contiguitate, sed usu seu commoditate æstimanda est, l. 9. §. ult. de S. rust. præd. Magnif. Dn. Præses Exerc. 13. th. 33.

XXXI. In modo constituendi servitutum, distinguitur promissio ab ipsa constitutione, & acquisitione. l. 126. §. 1. d. V. O. promissio enim, ut pote, qua tantum obligatio nobis acquiritur, nisi ipsa traditio accedat, non tantum potest, ut rem ipsam habeamus, quod non nudis

D

factis

paētis, sed traditione rerum dominia transferantur. *l. 20. C. de paēt. obligationisque substantia non in eo consistat, ut servitatem aliquam nostram faciat. l. 3. ff. de obl. & aēt. traditio autem hoc loco fit vel determinatione loci, vel patientiā. l. 3. pr. ff. de usufr. l. 1. § fin. ff. de servit. R. p. l. 11. § 1. de publ. in rem aēt. Dn. Hahn. ad Wesenbec de servit. n. 5. Dn. Lud Wel. disp. ad Inst. s. th. 7. Magnif. Dn. Præses. Exercit. feud 7. th. 2. Promissio (1.) fit, contractibus inter vivos, veluti paētis. § fin. Inst. de servit. stipulationibus l. 19. l. 33. ff. de S. p. r. l. 72 pr. ff. de V. O. emtione. l. 12. ff. com. prad. l. ult. ff. de servit. l. 4. l. 23. § 2. ff. de S. R. P. aliisq; contractib<sup>9</sup>, tam nominatis, quam innominatis. l. permisisti 16. ff. de præscript. verb. etiam pignore. arg. l. 9. § 1. ff. de pign. l. 12. eod. (2.) ultima voluntate de § fin. de servit. ut testamentis, codicillis, mortis causa donatione, tot. tit. de servit. leg. Hoc modo autem constituta servitute, traditione opus non est, sed statim à morte testatoris, ipso jure, etiam ignorantia acquiritur. l. 19. § 1. in fin. ff. quemad. servit. amitt. l. 80. de leg. 2. l. 64. in fin. ff. de servit. Lud W. all. loc. Utroque modo paētis scilicet & ultima voluntate, constituta, promittitur vel pure, vel sub conditione, vel ex die vel in diem l. 4. ff. de servit. l. 98. de V. O. pure facta, cum constitutione concurrat, & eo ipso servitatem constituit l. fin. de servit. l. 3. § 2. de aēt. empt. præsertim in negativis Hahn. ad V. Wesenb. de servit. n. 5. constitutio autem stricte sumpta, nec ex tempore vel sub conditione, cum tale quid promissionem importet, nec ad diem vel ad conditionem, constitui potest; quemadmodum enim ipsa prædia, non possunt esse in rerum natura, pro parte neque ad tempus considerari: ita nec servitutes, quæ imitantur fundi naturam, cujus qualitatem constituunt perpetuam. Zœl. ad ff. com. prad. n. 4. modus autem recte adjicitur. l. 4. § 1. de servit. l. 14. § fin. com. prad. utpote, qui  
usum*

usum servitutis tantum, certa ratione, moderatur. *Zoel.  
all. loc.*

XXXII. Inter modos acquirendi numeratur quoque usucapio. *l. 10. pr. ff. si servit. vend. l. 1. l. 2. l. 13. de servit. & aq. præsertim cum Justinianus, transformata usucapione, constituerit, ut non minus res incorporales, adeoque servitutes, quam corporales, longo tempore, præscribi possint, l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp. l. un. C. de usucap. transfer.* Tutius tamen esse inquit *LudW. disp. 5. ad Inst. th. 7.* si dicatur servitutes tantum, usu & quasi possessione acquiri & quasi usucapi, etiam jure codicis, cum ad correctionem jurium facile deveniendum non sit, & leges ff. non ex mente J. Ctorum, sed Justiniani accipiendæ sint. Titulus autem in earum præscriptione non requiritur, si adsit vel scientia, vel patientia. *l. 10. si servit. vend.* cum ex diuturno tempore scientia, & ex patientia titulus præsumatur. *arg. l. 10. & l. ult. de servit.* Hoc saltem opus est, ne vi, clam, aut precario acquisita fuerit, *d. l. 10. Hahn. ad V. senbec. de servit. n. 5.* quod si vero nec scientia nec patientia adfuerit, titulo omnino opus erit. *l. fin. C. de præscript. long. temp. LudW. all. loc.*

XXXIII. Legitimè ita servitute constituta, prædio tam dominantis, quam servienti perpetuo *l. 5. in fin. & l. 29. ff. S. P. R. etiam invito domino l. 23. § 2 & 3. ff. de S. rust. præd.* ad heret. Dominusque prædii dominantis, ex tota sylva perpetuo cadere potest, quantum opus habet ad sui prædii usum *l. 29. de S. R. P. l. 4. ff. si servit. vend.* nisi per conventionem, consuetudinem, statutumque ad certum anni tempus, genus, quantitatemque lignorum, aut ad certam sylvæ plagam sit restricta; uti enim conventioni, quæ contractui legem dat, omnino standum. *l. 3. C. de adif. privat. l. 11. ff. de S. P. l. 13. ff. de S. R. P.* ita à statuto, in bonum publi-

D. 2

cum

enim factis, discedere civibus fas non est, Mienoch. vol. 10.  
Cons. 1000. n. 30 Servientis autem prædii dominus, nihilomi-  
nus proprietatem retinet, unaque utitur. l. 4 pr ff si servit.  
vend. l. 30 ff. de S. p. r. l. 13. in fin. com præd. ita tamen ne ullo  
modo servitutis liber usus impediatur, l. 7 ff. l. 9. C. de ser-  
vit. l. 20 § 5 & l. seq. ff. de S. urb. præd. sylvaque utrique  
sufficiat, vice versa, solus jus habens tantum cædit arg l. 2.  
ff. de rivis. Domino enim servientis prædii eadem admittit  
servitus, quæ alteri tribuit l. 5 § 9 ff. de oper. nov. nunc. ita, ut  
cogatur pati, aut non facere pro conditione servitutis l. 15.  
§ 1. ff. de servit.

XXXIV. In feudum concessa sylva, Vasallo com-  
petit plenissimus ususfructus, qui utili congruit dominio,  
ut vi hujus, naturalem sylvæ possessionem, omnes ex ea  
fructus, tam naturales, quam civiles habeat. l. 78 ff. de R. V.  
l. 48. de acquir. r. d. proque arbitrio ad usus aptare, de ea  
transigere, alteri usum cedere, locare l. 2. §. 2.  
de usufr. possit: arbores tamen fructiferas excinde-  
re, sylvam extirpare, inque aliam formam etiam  
meliolem mutare si vellet, vel alio modo insigniter eam  
deteriorem reddat, feudo privatur. Knich. de vest. pact. p. 2.  
c. 2. n. 6. Mindan. de mandat. c. 39. Oeting. de jur. limit. c. 10.  
Idem constat in Emphyteuta & marito in re dotali, magis in  
colono, & patre administratore bonorum uxoris, & filii, ut  
sylvam extirpare, arboresque fructiferas incidere, nisi ali-  
ud Regionis consuetudine introductum fuerit, nequeat.  
Quod enim vasallo potentius jus habenti denegatum est,  
non debet censei permissum iis qui min<sup>9</sup> habent. Castill.  
de usufr. c. 25 n. 20. Besold. cons. 15. n. 7. jus venationis autem  
non statim cum feudo Vasallo competit, cum peculiare  
sit regale. Magnif. Dn. Præses. Exercit. feud. 6. th. 11.

XXXV.

XXXV. Ususfructu sylvæ concessio, usufructuari-  
 us jus suum semper æstimare debet secundum consuetudi-  
 nem patrisfam. & cō, quaten⁹ sylvæ conditio admittit, uti:  
 Hinc ex sylvā incidua, cum non in fructu sit, nihil nisi ad u-  
 sum vineæ & horti, quantum fieri potest, sine detrimento  
 hujusmodi sylvæ sumit. *l. 10. vers. ex non cadua ff. de usufr.*  
*P. de Castr. in d. l. ubi notat: qui habet usum fructum sylvæ,*  
*si cadua non est, non potest cadere stipites arborum, sed germi-*  
*nales tantum, qui nascuntur ad pedes earum & apta sunt ad*  
*vineam l. 18. ff. de usufr.* Quando vera sylvā est cadua, potest  
 fructuarius arbores cædere, sicut paterfam. cædebat, &  
 vendere, licet paterfam. non solebat vendere, sed ipseuti,  
 ad modum enim seu moderatum usum ( das er es pfleglich  
 und wie ein fleissiger Hausvater gebrauche ) referendum,  
 non ad qualitatem utendi. *l. 9. §. fin. de usufr.* Sumit igitur  
 ex sylvā cadua pedamenta seu fulcimenta & ramos ex ar-  
 bore, & stipites arborum mediarum, quæ cædi consueve-  
 runt *d. l. 10. ibiq. P. de Castr.* Verum si grandes arbores sint,  
 ne quidem in sylvā cadua eas cædere potest. *l. 11. de usufr.*  
 nisi ex destinatione domini, conditione arborum vel regi-  
 onis consuetudine aliud appareat. Castrens. Fulgos. *in d.*  
*l. 11. Castill. d. tr. c. 25. n. 37.* Præterea nec in utriusque ge-  
 neris sylvā arbores vi ventorum tempestatisque evulsæ ad  
 eum spectant, nisi forte ad refectionem ædium, vel ad u-  
 sum plane necessarium, *l. 12. de usufr. l. 7. solus. matrim.* ac in  
 locum demortuarum, quas usufructuarius capit, aliæ sunt  
 substituendæ. *l. agr. 18. de usufr.*

XXXVI. Magis restrictus est ususfructus fundi, in quo  
 forte est sylvā: hujus quidem sylvæ, tanquam pertinentis  
 ad fundum, ipse usufructuarius illum fructum per-  
 cipere inde potest, quem paterfam. solebat vendere autem  
 ligna non potest. *d. l. 9. §. ult.* Plenius namque jus est, uti

dicifibiCastrensis,quod quishabet principaliter,quam id,  
qui habet in consequentiam alterius rei. Hoc regulari-  
ter restringitur secundum exigentiam illius rei, primum  
vero non recipit restrictionem.

XXXVII. Ab usufr. differt usus, quod ille plus, hic  
minus in se contineat, vel, quod ille omnem commodita-  
tem, hic vero personæ necessitate circumscribatur, ut u-  
sum sylvæ habens, quæstum ex ea facere nequeat, sed so-  
lum quantum sibi suisque sufficit. *l plenum 12. §. 1 de usu &  
hab. § 1 Inst eod. Mindan. lib 2 c 40 add. Vinn. in d. §. 1 J. 9 de  
us.* Aliquando tamen & vendere ligna poterit, si alias nihil  
commodi ex sylvæ, cuius usus relictus, habere possit, *l pen.  
pr de usu & habit Magnif. Dn. Præses Exerc jur. civil. 12. th.  
58. Buius Com ad ff l. divus 22 de usu & habit. & ad l 10. de  
usufr. Cæpoll. de S R. P. c. 12* amittitur autem, uti & usufr.  
ut de colono & patre supra dictum abusu, aliisque modis,  
quibus aliarum rerum usufr. ususque amittitur de quo  
vid. *ff. quib. mod usufr. amitt.* & quidem si præmoniti, ab  
abusu non desistant, cum enim eatenus constituentur,  
ut maneat rei substantia & boni viri, imo boni patrisfam.  
arbitratu quis utatur fruaturque, consequens est, ut non  
observata conditione, solvantur: nam qui dat sub condi-  
tione, sub contraria censetur adimere. *l si legatum ff. de a-  
dimend. leg. l qui sub cond antepen. & tot. tit. ff. de cond.  
& demonst. l legatum ff de condit insert.*

XXXIIX. Pertinet porro huc casus in *l. Gajus 12 de  
annuis legat.* quo Gajus Sejus prædia diversis pagis, Mæviæ  
& Sæjæ legavit, & ita cavit. *Prestarti volo ex prædiis Potiti-  
anis, quæ Mæviæ legaverat, prædiis Lutatianis, quæ Sæjæ le-  
gaverat, annua arundinis millia trecenta, & salicis munda an-  
nua librarum singula millia.* Unde quæritur, an id legatum,  
defunctâ legatariâ, extinctum? Paulus respondit, servitu-  
tem

tem jure constitutam non videri: neque in personam, quia ex ipso fundo persona fructum non capit, pro commoditate & necessitate sua: sed ab altero certas & ad pondus seu mensuram determinatas præstationes per fidei commissum capit. *Bartol. in d. l. 12* neque in rem, quia fundus Politianus non servit Lutatiano, sed persona præstat legatum seu fidei commissum, ac demonstratur solum, unde Maxia possit illa præstanda Sejæ annua arundinis millia trecenta, & salicis mundæ annua librarum millia sumere. *Coras. in rub. de servit.* Fuit autem arundinis usus apud Romanos varius. Sic ad fulciendas vites adhibebatur (zum Weinpflanzten) uti apparet ex Varrone *lib. 1. de re rust. c. 8.* Præterea arundo fissa, & arundinum folia ad vincendum seu ligandam fuere apta: uti tradit Plinius *N H l. 16. c. 27.* Salices mundæ porro vocantur vel illæ candidiores, sunt ejusdem Plinii verba *d. l. ablato cortice, leves q̄ tractatu, vilioribus vasis, quàm ut è Corio fiant, aptissima.* Vel etiam aliæ ob gracilitatem ac laxitatem mundæ palmitibus idonea præbent vincula, de quo salicum usu Columella *de re rust. lib. de arb. c. 29.* & idem Plinius *d. l.*

XXXIX. Superest ut remedia, sylvarum nomine, jurisque in ea constituti, prodita, subjiciamus: etenim cum nostras res non tam perpetuâ possimus retinere custodia, quin sine voluntate nostra, tandem aliquando perveniant ad alios, propriaque autoritate suam recuperare regulariter nemo possit *l. extat 13. qu. met causa l. 176. ff. de R. 1.* per injuriam fuisset actiones introductas non fuisse, quibus domini assererent sua, contra illos, qui detrectaret, subrepta restituere. *Nob. Dn. Strauch. disp. de usufr. th. 17.* Hinc rerum corporalium vindicationes, harumque similitudine incorporalium quasi vindicationes; hinc adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis interdicta. Hinc de-

tur-

turbatorum ac furum poena &c. Et quidem speciales hic  
competunt actiones, ex dicto prætoris civilis, Arborum  
furtim cæsarum in duplum *l. furtim. 7. §. 6. & tot. tit. ff. arb.  
furt. cas.* Ex L. Aquil. in simplum *l. 1. ff. d. t. L. 1. C. de leg.  
Aquil.* Ex LL. 12. tab. ut quis in singulas arbores cæsas æ-  
ris viginti quinque asses luat. Menoch. *lib. 2. arb. cas. 579. n.  
2.* Ex interdicto quod vi & clam *l. in duobus 28. §. Colonus 6. ff.  
de jurjur. l. sed si 11. ff. arb. furt. cas.* actio furti, si furandi ani-  
mus adfuerit; item, agi potest ut puniantur tanquam la-  
trones *l. 2. ff. eod. &c.* quæ tamen actiones simul non compe-  
tunt, sed una alterum absorbit, & adeo si quis una & gravi-  
ori egit, & id quod majus est consecutus fuit, reliquis experiri  
non debet, si vero minoribus egit, ex quibus, quod minus in  
illis continetur, percepit, reliquis ad id, quod restat, experiri  
non prohibetur, *d. l. 1. l. sed si 11. eod.* Wesenbec. *in parat. eod.  
n. 1.* Berlich. *part. 5. concl. 52. n. 1.* Zoef. *d. l.* Actio autem ob  
arbores cæsas ex LL. 12. tab. & Aquil. poenalis est, attamen  
perpetua, daturque hæredi & successoribus cæteris, non  
autem in hæredem, & condemnatio in duplum facta, æsti-  
matione quanti domini interfit, non cædi, ipsarum arbo-  
rum pretium deduci oportet, & ejus, quod superest, fieri  
æstimationem, *l. 7. §. 6. & 7. l. 8. in pr. ff. arb. furt. cas.* Puta si  
arbor non incisa, valet decem, sed ligna arboris incisæ va-  
lent duo, tunc his duobus deductis, reliqua octo æstiman-  
tur & duplicantur, ita ut incisor sedecim solvere teneatur.  
Vid. Berlich. *part. 5. concl. 52. n. 6.* Competitque ei, qui arbo-  
rum est dominus directus vel utilis, excepto usufructuario  
*l. 5. §. 2. ff. arb. furt. cas.* Dn. Sithman. Præceptor atque fau-  
tor meus plurimum venerandus. *nucl. pand. arb. furt. cas.*

XL. In Imperio Romano, de poena hujus crimi-  
nis nihil certi constitutum est, præterquæ quod Imp. Caro-  
lus V. reos arborum furtim Cæsarum, seposito furti suppli-  
cio,



cio , pro more ac consuetudine cuiusque regionis puniri voluerit, *in art. 168. ord. crim. verb.* Welcher aber eines andern Holz heliger weise heuet / der sol gestraffet werden / nach Gewonheit iedes Landes oder Orts. Jure Saxonico autem quis aut ex sola malitia & petulantia, arbores cædit, aliove modo inutiles reddit; aut vero lucri causa cæsas aufert. Priori casu, præter æstimationem arboris, mulctam 30. solidorum solvere tenetur incisor, quod solum nocendi, non autem furandi animum habuisse dicatur. uti constat ex *Const. Elect. 37. p. 4. verb.* Die jenigen / so tragende oder fruchtbare Bäume etc. abhauen mit Schälten / oder auch in andre Wege verderben / sollen den Werth solcher Bäume bezahlen / und darzu vor ieden abgehauenen oder verderbten / den jenigen / so er zugestanden / dreissig Schilling Pfennig / thut drey alte Schock / nach Inhalt Sächsischer Rechte verbüssen / oder da sie solchen Schaden nicht erstatten / noch die Straffe erlegen möchten / sonst wilkürlichen mit Gefängnis und dergleichen gestraffet werden. Idque pro singulis *arg. l. si gemma 10. ff. arb. furt. cæs.* etiam uno tempore cæsis, non tamen aridis, sicuti etiam si plures inciderint, omnes & singuli in solidum tenentur. Supremæ autem nimirum 60. solidorum mulctæ præstationem das höchste Gewette / contra *Berlich. part. 5. cond. 52. num. 16.* non admittit *Carpz. præct. crim. nov. p. 2. quæst. 83.* quod nullibi quicquam de hoc dispositum reperiatur.

XLI. Pro qualitate tamen delicti, conditione personæ, & magnitudine damni dati, aliquando etiam gravior poena, puta carceris, relegationis &c. imponi potest, veluti si quis supra dictam mulctam ex inopia solvere non possit, vel si integram, aut majorem partem horti, salicti &c. vel pretiosas arbores, quæ eximium fructum ferunt, meramque serendi diligentiam requirunt, nec ita fre-

E

quen-

quentes, ut quibusdam in locis vites, sunt, vel si arbores, quibus fluminis aggeres corroborantur & quasi colliguntur. *l. in Ægypto ff. de extr. ord. crim.* vel finium constitutorum causa posita, incidit. Berlich. *d. l.* Unde Anton. Matthæi *de criminib. lib. 3. c. 2. n. 1.* inquit: *Arbores, maxime vites, qui ceciderit, tanquam latro puniatur. l. 2. ff. arb. furt. cas. & n. 3.* Quis vitium incisorebus injuriam fieri, dixerit, sic capitalis pœna irrogetur, cum incisione vitium, præter damnum, quod singulis datur, metus quoque ad universos redeat, quod res sit, quæ sitim concernat? Sane si vitis una atque altera duntaxat absumpta sit, non illico carnifici hominem jugulandum dabimus, neque omnes, qui arborem frugiferam unam atque alteram ceciderint, plerumque in opus publicum, dari, honestiores damnum sarcire vel curia submoveri, vel relegari debent.

XLII. Posteriori casu, quando nimirum quis non solum arbores furtim & clam, sed & lucri causa cædit, & aufert, perinde ut in aliis furtis, si valor arborum sit infra tres solidos seu ungaricos aureos, fustigatione, si quinque solidos excedat, suspendio punitur reus, quanquam suspendii pœnam nunquam irrogatam nec distinctionem in furem nocturnum & diurnum practicatum vidisse refert idem Carpzov. *d. loc.* licet probetur *ex art. 28. v. wer auch des Nachts lib. 2. Wesenb. in parat. § arb. furt. cas.*

XLIII. Arborum a. appellatione continentur vites *l. vitem 3 in pr. ff. arb. furt. cas.* Ederæ & arundines *d. l.* stirpes oleæ, quercus, fagi, pomi, salices, lupulus, arbutulæ recenter satae *l. insitæ gepfropfte junge Bäume.* Berlich *all. loc.* sed in confinio arbor posita cujus intelligatur? quæritur. Distingimus cum Schneidvv. *ad Inst. de R. D.* aut arbor ita in confinio nata, ut in utroque, tam meo, quàm vicini fundo, radices egerit æqualiter, & tunc fit communis, pro modo tamen, seu regione cujusque agri. *l. 7. §. ult.*

*ult. l. per regionem §. ff. de acquir. rer. dom. l. 19. ff. com. divid.*  
aut arbor posita in meo solo, ita premit vicini terram, ut  
solum ex ea alimenta accipiat, & tunc ratione radicum,  
quarum major ratio habetur; cum ab iis vitam habeat,  
*l. 16. §. ult. ff. arb. f. cas.* & alatur, quàm stipitis, non efficitur  
communis, sed ejus est, in cujus solum radices immisit.  
Postremo, arbor ita in confinio posita, ut solummodo  
quasdam radices ad vicini fundum propagaverit, soli ta-  
men sui alimentis contenta, ejus manet, in cujus fundo  
originem habet. *l. 6. §. 1. d. t.* Et sic fructus quoque, ex iis  
in vicini fundum decedentes tertio etiam die possunt col-  
ligi & auferri: quia post triduum, quod facile putrescāt, pro-  
derelicto habebantur, & sic vicino concedantur. Jus Sa-  
xon. fructus hos indistincte possessori fundi ejus concedit  
*Landr. l. 2 art. 52.* die schüttest du dein Obst was in deines  
Nachbahren Hoff fällt/das bleit sein. Nobl Dn. Strauch.  
disp. quadam de superf. jur. sol. Gemina arbor super ter-  
ram visibilem juncturam habens, una arbor esse videtur,  
hac nō existente, totidem sunt arbores quot species earum  
supra terram sunt *l. 10. arb. furt. cas.* Dn. Sithm. *all loc.*

XLIV. Pro jure in sylva constituto veniunt actio-  
nes in rem Confessoria & Negatoria, ita dictæ, à re ipsa &  
sententia, non autem conceptione verborum affirmativa  
vel negativa *l. 5. pr. ff. si usufr. pet.* illa intendimus jus nobis  
in sylva competere *§. 2. Inst. de act. l. 2 ff. si servit. vind.* con-  
tra omnes qui servitutem quoquo modo impediunt *l. 10.*  
*§. 1. eod.* hanc illud à re nostra deberi negamus *d. §. 2. & l. 2.*  
non solum adversus servitutem prætendentem; sed etiam  
male utentem. *l. 1. com. præd. Schneid W. §. 2. q. 2. Inst. de act.*  
Nobil. Dn. Præses *exercit. jur. civ. 13. th. 45. (2.)* venit utile in-  
terdictū uti possidetis *l. 2. pr. l. 8. §. 5. ff. si servit. vind. (3.)* Un-  
de vi, competens ei, qui vi de possessione vel quasi est de-  
jectus

jectus *l. 1. §. 40. ff. de vi & vi armata.* possedisse autem intelligitur sylvam, qui cedere solitus fuit Knich. *d. territor. jur. c. 13. (4.) actio in factum, l. 15. ff. prescript. verb. 5.)* interdictum de loco publico fruendo, si aliquid fiat in publica sylva, quo liberum juris exercitium impeditur. *l. 2. §. 3. & tot. de loc. publ. fruendo. & c.*

XLV. Illi, quorum curæ sylva commissa est, passim apud autores vocantur Saltuarii, Gruarii, sylvarum præfecti, Comites sylvestres, Hirsuti. Knichen. *de territor. jur. cap. 4. n. 108.* Holzoder Waldgraffen/ hodie, Wald/Bögte/Förster/Forstmeister/Holzwarter: Alia ratio est des Jägermeisters. Hic enim, nisi specialiter curam sylvæ demandatam habet, non nisi, quæ venationem concernunt, curat. De tali itaque præfecto hic quæritur, si aliquem ideo occidat, quod sylvam domini ingressus, & ad mulctam se sistere jussus, noluerit, an teneatur de homicidio? Negatur, modo armis resistentem occiderit. Gracke *de Autor. prop. class. 2. cap. 1. n. 4.*

Soli Deo Gloria.

---

Sic belle! Schütte. Privo te pariete sacra  
tractâsse juris gnaviter,  
publica nunc certum se testem sistat arena.

Feliciter! feliciter!

acclamo. Surgant hinc gaudia magna parenti,  
tibi que larga commoda!

*Præstantiss. Dn. Schütten, Convictori & amico per dilecto, disputationis hujus auctori, pauculis hisce, ἐκ τοῦ τῶ ἀγγεῖμα fufis, gratulari, & prosperri-mos studiorum successus comprecari ὀλοψύχως vol.*

Philippus Horst/ P.P. Facult. Philos. &  
Academ. totius Senior.

F I N I S.





ULB Halle  
004 573 668

3



f

sb.

VDA7









B.I.G.

Farbkarte #13

1656, 12<sup>a</sup>  
12  
/

D. B. V.  
DE

# SYLVA.

## ARBORUM

ratio Juridica

*Quam*

atq; consensu  
mi Amplissimi J<sup>C</sup>torum  
Inclyta Salanâ

RESIDE

VIRO

ssimo atq; Consultissimo

## R. G. - ADAMO

to Celeberrimo, A-

CTORE, Prof. Publ. fami-

Saxonico gravissimo, Curia

scabinatus Assessore

nisimo,

tor e suo debito honoris ac ob-

etatem prosequendo,

quisitioni subjicit

## SCHÜTTE

Pom: Autor.

orum horis consuetis

em Maij.

RGII SENGENVVALDI,

. DC. LVI.

22.

